



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**DE || LIBERTATE || CHRISTIANA ||**

**Lensaeus, Johannes**

**Antverpiae, 1590**

Proeomivm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46059](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46059)

215

D E  
CHRISTIANA  
LIBERTATE

LIBER QVARTVS.

PROOEMIUM.



ERVITVTIS veræ partibus explica-  
tis tribus, non immeritò quidem pu-  
tari potuit argumenti propositi atque  
suscepti expleta & absoluta esse tra-  
ctatio. Verumtamen quia nimis dili-  
gentes esse non possumus in ea re tra-

ctanda, quam accuratissimè nosse debemus, cuiusque  
in cognitione veræ salutis libertatisque principia sita  
sunt: propterea nos operæ pretiū facturos arbitramur,  
si & hunc addiderimus libellum de iudiciis amissæ li-  
bertatis, ut quemadmodum si quis est qui celeberrime  
quòdam ciuitatis priscam dominationem & gloriam,  
subsecutamque deiectionem & seruitutem nō credit,  
id ei solet ex ruinarum signis, aliisque monimētis de-  
monstrari; ita nos, productis in mediū quibusdā argu-  
mentis, de generis nostri ruina & seruitute doceamus.

CAPVT I.

*Primi hominis perijisse libertatem id argumento esse,  
quòd bestias terrori nobis esse sentiamus.*



AGNVM verò amissæ libertatis & primi  
honoris indicium est, quòd bestias formida-  
re cogamur, earumque impetus & ferita-  
tem pertimescamus; neque pertimescamus  
tantum, sed etiam interdum vsque ad ipsius amissio-  
nem vitæ patiamur. Et eorum tamē genus sumus, qui-  
bus

H 2